



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER
EOBANVM || HESSVM.||**

Hesus, Helius Eobanus

Lipsiae, 1557

VD16 B 3198

Psalmvs LXXXII. Deus stetit in Synagoga Deorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-69301)

P S A L T E R I V M .

187

Quod si me populus meus audiat, et nubit tritis.
Cresibus Israël forsitan ire uoleat :
Hostibus ipsorum mox freна ferocibus addam,
Multaque iam uictis millia uicta dabo.
Et tunc qui Dominum sine cauſa odere rebelles,
Exciderent ſpebus turba profana ſuis.
Illi duxiffent felicia tempora uitæ,
Si mea legiffent mollia iuſſa equi.
Illos triticeæ pauifsem farre medullæ,
Melleque silueſtris quod dare petra ſolets.

Promissio pri
mi præcepti.

P S A L M V S LXXXII.

Deus stetit in Synagoga Deorum.

A R G V M E N T V M .

Est ſeuera obiurgatio eorum qui in ma-
gistratu poſti, non faciunt officium ſuum,
led abutuntur potentia ad oppressionem
pauperum, & opibus ad luxum ſuum. Addit
autem comminationem greuem, futu-
rum ut tales pereant. Quod magistratus De-
os uocat, ideo fit, quia magistratus ſunt di-
uina ordinatione conſtituti, Roman. xiij. &
vindicta Dei dicitur, quam magistratus ſe-
cundum officium ſuum exerceat.

Qui miſeros uiduasque premunt, hac uoce Tyrannos,
Increpat, hos ipſos arguit ore duces.
Cæcoſeſſe docet, morituros eſſe minatur,
Solatur uerbis pectora mœſta pijs.

Pſalmus.

Psalmus Asaph.

Präsidet in medio cætu Deus ipse potentum,
Et iudex alios iudicat ante Deos.
Quo tandem usq; malas leges, & iniqua feretis
Iudicia, & reprobos dicitis esse bonos?
Iudicij mopes defendite, suscipite orbos,
Afferite oppressos, iustificate pios.

Obiurgatio.

Magistratus
boni officium.

†
Quia non faci-
unt officium,
omniz pertur-
bantur, sed a-
lii malunt hæc
sententiam, si
damæta terræ,
id est, ipsi prin-
cipes peribunt,
quia non faci-
unt officium.

Comminatio,
& poena negle-
cti officij.

*
Insignis clausu-
la, Ut Deus gu-
bernet corda
& resp. secun-
dum psalmum,
Nisi Dominus
custodieret ci-
uitatem &c.

Reddite pauperibus ius, eripite insuper ipsos,
Si quos in uinculis impius hostis habet.

† At nibil hi nec percipiunt, nec lumine cernunt,
In tenebris cæci tam petulanter eunt :
Ut neq; sit mirum si fundamenta uacillent,
Atq; etiam terræ fortia fulcræ cadant.

† Sæpe ego dicebam : quoniam dij scilicet es tu,
Omnes excelsœ pignora cara patri:

Vos tamen ut reliquos homines fatalia ducent
Tempora, & ut reges uos quoq; parca feret.
* Omnipotens exurge, tuo rege numine terram,
In cunctis hæres Gentibus unus eris.

P S A L M V S LXXXIII.
Deus quis similis erit tibi, ne taceas.

A R G U M E N T U M.

Est plane idem argumentum cum Psal-
mo LXXX. Orat pro populo contra uici-
nas Gentes diripientes populum.

Finitimi Solymas urbem cinxere Tyranni,
Hostibus in medijs salua erat ipsa tamen.
Sed Deus & nostras defendet ab hostibus urbes,
Si tali nobis uoce rogatus erit.

Canticus

